



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

III. De Unctione Sacerdotali & Episcopali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62620)

ARTICULUS. III.

De Unctione Sacerdotali & Episcopali.

SUMMARIUM.

30. Presbyteri Oleo sacrō inunguntur in Ordinatione:
31. Cujus due partiales Materia ac Forme,
32. Talisque Materia eß Manuum Episcopaliū impositio.
33. Episcopi sacrō Chrismate inunguntur in consecratione:
34. Quam unctionem aliqui substancialē:
35. Alii melius ceremoniam accidentalem esse, docent,
36. Et persuadent Ecclesie Praxi,
37. Sacrarum Literarum & Conciliorū auctoritate,
38. Et ratione;
39. Preserim, si cum opposita sententia fundamentis conseratur.
40. Tertiū in Ordinatione Presbyteri unctio adhibetur, c. Unic. §. Ad exhibendum, quā illius manus, non Chrismate, sed oleo Catumenorum ab Episcopo delinuntur, secundum Pontificale Roman. Tit. de Ordinat. Presbyt. Eam tamen, licet antiquissima Ecclesiæ ceremonia sit, ad Sacramenti substancialē non pertinere, tradunt Laiman Lib. 5. tratt. 9. cap. 12. n. 4. Gobat Experient. tratt. 8. n. 128. & alii, Ordinationis Sacerdotalis statuentes duas Materiae ac Formas partiales. Unam, quā potestas conferandi conseratur per traditionem calicis cum vino & patenæ cum pane, & verba, Accipe potestarem offerre sacrificium Deo, Missasque cele-
- brare tam pro vivis quam pro defunctis in Nominis Domini, secundum Concil. Florent. in Decreto Fidei §. Sextum. Alteram, quā peccata remittendi, sive Sacramentum Pœnitentiae administrandi potestas conseratur per impositionem manuum Episcopi & verba, Accipe Spiritum sanctum, quorum remisferia peccata, remittuntur eis: & quorum retinueris retentia sunt, secundum Joan. cap. 20. V. 22. & Trident. Sess. 14. de Penit. cap. 1. §. Dominus autem, Bellarminus de Sacram. Ord. cap. 12. Vafquez in 3. p. disp. 239. cap. 3. cit. Laiman cap. 5. n. 2. Palao Tratt. 27. diff. unic. p. 4. n. 7. Gobat tratt. cit. n. 117. Gonzalez in c. fin. de Sacram. non iter. n. 6. & alii, qui eam manuum Episcopaliū impositio nem Sacramentalē, sive de Ordinationis sacerdotalis substancialē esse, docent contra Hostiens. in c. Unic. cit. n. 5. Panormit. in c. fin. cit. n. 2. Sylvetrum V. Ordo, n. 11. Sotum in 4. diff. 24. q. 1. art. 4. conclus. 7. & alios relatos à Fangano in c. fin. cit. n. 31. cùm illam Sacramenti istius solennitatem solummodo accidentalē esse, an. 10. latè propugnasset.
- Quarto in consecratione Episcopi, 33.
- qua sacrō Chrismate, ex oleo & balsamo confectō, in capite & membris sive manibus fit, c. Unic. cit. pr. & §. Ad exhibendum. In illo; ut Episcopi, tanquam Ecclesiæ Capitis & Principis, Deique in terris vicaria potestas declaretur: in istis verbis; ut ejus dignitatem non ostiolam sed negotiosam & ad operandum bonum ad omnes, maxime domesticos Fidei, institutam denotetur, Barbosa de Offic. Episc. p. & tit. 1. cap. 5. n. 10. & 12. Atque haec unctio adeo necessaria est, ut casu, quod per errorem vel ignorantiam incaute omissa fuit, eam caute suppleri voluerit Innocent. III. c. Unic. cit. pr. Unde

Sss

Dubium

34. Dubium oritur , an Chismatica unctionis sit de substantia consecrationis Episcopalis; illam enim ad istius substantiam pertinere , sustinet Isambertus 3. p. de Sacram. Ord. disp. 3. art. 4. Medina de Continent. cleric. lib. 1. cap. 17. Franc. Sylviu 3. p. q. 40. art. 5. & nonnulli alii. Moventur primò autoritate Innocentii III. unctionem illam in Episcopi Ordinatione Ex precepto Divino & Apostolorum exemplo adhiberi, disertè afferentes , c. Unic. cit. pr. ut habet plena lectio à Gonzalez relata , non obscurò argumentò , eā constitui substantiam consecrationis Episcopalis. Secundò ; quia Episcopus Consecratus non ante , & statim dicitur , postquam sacrò Chrismate est perunctus : ante unctionem attēm in capite & manibus receptam Eleēus nuncupatur in Pontificali Rom. Tit. de Consecrat. electi in Epis. Tertiò ; quia verba , Accipe Spiritum sanctum , quibus in manuum impositione Latina si- ve Occidentalis Ecclesia utitur , sunt valde generalia , & non satius exprimit effectum Consecrationis Episcopalis : nisi unctionis Christi accedat ; ut adeò hanc quoque ad consecrationis illius substantiam pertinere , sit necesse.

35. Sed verius & pene certum est , Episcopalis consecrationis Materiam esse solam manuum Episcopalem impositionem: Formam autem verba illa , Accipe Spiritum sanctum , ab Episcopis manus imponentibus prolatā ; ac proinde Consecrationis illius substantiam haberi , Chismatica unctione seclusā , ut cum Glossa in can. 1. V. Tertia dist. 75. Sylvestro V. Ordo 2. n. 4. Majore in 4. dist. 24. q. 1. Sat V. Ordo n. 7. & aliis præcipui nominis TT. defendant Henriquez Lib. 10. cap. 7. n. 3. Valsquez 3. p. disp. 240. cap. 5. Laiman Tract. cit. cap. 5.

n. 1. Diana p. 12. tract. 1. resol. 17. § 18. Palao Tract. cit. disp. unic. p. 4. n. 1. & Gonzalez in c. Unic. cit. n. 5. Ratio , quā moventur palmaria est i. quid unctionem illam ad consecrationis Episcopalis substantiam non pertinet , luce lenter doceat nota praxis Ecclesia Orientalis , consecrationem illam , Chismatica unctionem omīsā , peragentis impositione manuum & pallii super caput consecrandi : sicut contrā in Occidentalē Ecclesia , omīsā impositione pallii , pergitur manuum impositione cum Chismatica unctione , luce lento indicio , ne que impositionem pallii in Orientali , ac que in Occidentalē Ecclesia unōne illam ad Ordinationis Episcopalis substantiam pertinere ; sed ejus ritus esse solam modo accidentales ; ac proinde ejus Ordinationis seu Consecrationis Materiam esse solam manuum Episcopalem impositionem ; quod Consecrationis Episcopalis substantialia adhibeantur in Ecclesia utraque , & rituum , quibus utraq. utitur , diversitas mērē accidentalia non substantialia.

Confirmatur hæc ratio , & propria Consecrationis Materiam manū Episcopalem impositionem , non etiam unctionem esse , desumitur imprimis ex verbis Apostoli , Noli negligere gratiam quia in te est , qua data est tibi per prophetiam cum impositione manum presbyterii . 1. Timoth. cap. 4. v. 14. ubi pat Prophetiam , hoc est , verba , Accipe Spiritum sanctum tanquam Formam impositioni manuum presbyterii , hoc est , presbyterorum sive Episcoporum tanquam Materiæ accedentem , gratiam quia Ordinationis Episcopalis effectus est , sine unctione conferri , perspicue habetur , ut non minus liquet ex illo ejusdem facti Gentium Doctoris , eundem Episcopum loquens.

loquentis, Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum mearum; 2. Timoth. cap. 1 v. 6.

Deinde ex Concilii Antiocheni can.

10. aliquem eft Episcopum consecratum & percipit manum impositionem, aper- te pro codem habentis can. 10. & can. 17. cuius tenor est, Si quis Episcopus per manum impositionem Episcopatum accepit: quo canone utrōque, & Concilii Carthaginensis IV. de Episcopi ordinationis agentis, can. 2. relatō can. Episcopus 7. dist. 27. cūm ulla mentio non fiat unctionis: istiusque, cūm de illa agit, etiam non meminerit Dionysius Areopagita de Hierarch. Eccles. cap. 2. un- unctionem Chrismaticam de Sacramenti si- ve Ordinationis Episcopalis substantia non esse, insinuator.

38. Demum inde etiam; quod, cūm so- la manum Episcopaliū impositione cum verbis, Accipe Spiritum sanctum, ab Epis- copo conferante eique assistentibus Epis- copis cum debita intentione prolatis, op- timum significant Sacramenti five conse- crationis Episcopalis effectum, felicit plenitudinem gratiæ, quæ cum Episco- pali potestate consecrato confertur, & illapsum Spiritum sancti, per sacros tex- tus cap. 1. v. 6. cap. 4. v. 14. cit. & Concil. Trident. Sess. 23. de Sacram. Ord. cap. 3. sola impositione manum & verba illa, cum debita intentione pro- lata, Sacramenti istius substantia: uni- oñ vero Chrismatica ritus solummodo accidentalis sit.

39. Neque istius quoque ritum esse sub- stantiale, evincit Authoritas Innocentii III. partim; quia Papi iste unctionem Chrismaticam de Ordinationis Episcopali substantia non esse, non obscurè in- finiat, dum ipso e. Unici cit. principiō eam omissem non iterari, sed solummodo suppleri jussit, manifestò indicio va-

loris consecrationis; currit, si tunc il- la de substantia fuisset consecrationis, istam tanquam omnino invalidam, omni- bus substantialibus denuo adhibitis, ite- rari oportuisset, arg. can. Solennitates 16. dist. 1. de Conf. c. 1. & c. fin. de Pres- byt. non baptiz. Hoffiens. in c. Unic. cit. n. 5. Sylvester V. Ordo 2. n. 10. Sotus in q. dist. 24. q. 1. art. 4. §. Hinc sit. Vi- vianus in c. 1. & c. fin. de Sacram. novi iter. & aliis relatis Fagnanus in c. fin. cit. n. 11. partim verò; quia præceptum Di- vinum, ex quo proposita unctione sacra originem trahit, est Testamenti veteris, quō Deus Moysi præcepit, ut Aaron & Filios ejus ungeret in sacerdotes, Exo- di cap. 29. v. 7.. Quod veteris Legis præceptum cūm Ceremoniale fuerit, Christi morte expiravit, c. Translato 3. de Constitut. licet, quod Typicum five nova Legis præfigurativum & Evange- licæ veritati contrarium non fuerit, ab Ecclesia ejusque rectoribus Apostolis po- tuerit refutari, & istorum exemplō in Episcoporum consecrationibus tanquam ceremonia accidentalis adhiberi ac præ- scribi, Gonzalez in c. Unic. cit. n. 6.

Minorem vim habet argumentum desumptum ex Pontificali Romano; quia hoc præsenti controversiæ se immiscere non intendit: eaque de causa, ne DD. circa Episcopaliū Ordinationis substantia- lia dissidentium, ulli Opinioni præju- dicaret, Consecrati appellationem Epi- scopo non tribuit, antequam is pro tali omnium calculo haberetur: sicut post omnes ejus consecrationis ritus peractos habetur.

Neque admodum urget postremū; quia per verba, Accipe Spiritum sanctum, cum illa trium manuum Episcopaliū super consecrandi caput impositione pro- lata, per ordinationem collata abundan- tia gratiæ Spiritus sancti & Spirituali- potesta-

S 2

poteſtatis excellentia abunde denotatur. Si, quemadmodum in Ordinationibus ceteris, ſic etiam in Episcopali confeſcatione Materia Remota & Proxima deſideretur, iſtiſaciet Bonacina, pro Re- mota ipſas manus Epificiales, & iſtarum ſuper confeſcandi caput impoſitio- nem pro Proxima Materia affignans, diſp. §. de Sacram. q. unic. p. 3. n. 10.

ARTICULUS IV.

De Extrema, ſive in- ffirmorum Unctione.

SUMMARIUM.

40. Ratio nominis,
41. Et notabilis effectus hujus Sacra- menti,
42. A Christo Domino cum Penitentie Sacramento infiuit.
43. Materia ejus Remota eſt Oleum be- nedictum:
44. Cui non benedictum quantitate minori,
45. Non majori admiceri, ſalva be- nedictione, poeſt.
46. Oleum novum in Extrema Unctio- ne eſt adhibendum.
47. Materia Proxima eſt unctio in quin- que ſenſibus.
48. Non tamē necessariò in omnibus, niſi ex precepto Eccleſia.
49. Forma ſunt verba, Per hanc San- ctam Unctionem &c. indulget tibi Deus, quidquid deliquisti per viſum &c.
50. Quia ſaltē viriſtiter depreca- tio eſſe, eſt necceſſe.
51. Subjectum eſt homo baptizatus, ad mortem infirmus,
52. Et aliquando uſus ratione,

53. Sacramenti hujus recipiendi po- nulla,
54. Per accidens ſape obligatio eſt,
55. Ejus minister eſt presbyter pri- chialis.
56. Non alii ſacerdotes, ſecundum di- gatione ac neceſſitate!
57. Id petentibus infirmi ministrantur obligatio gravis eſt;
58. Niſi iuſta cauſa excuet.

Q uinta uincio Extrema mu- patur, quaꝝ fidelibus tantum infirmis, in extremo vita uti- mino vel periculo confluit, confeſtetur, c. Unic. §. Prima, iuxta Apo- stolicum illud, Infirmitur quia in uolu- inducat presbyteros Eccleſia, & aen- ſuper eum, ungentes oleo in nomine De- mini: & Oratio fidei ſalvabit infirmi- & alleviabit eum Dominus: &, in pe- catis fit, dimittentur ei, Jacob. cap. v. 14. & 15. quibus verbis Apofolus complexus eſt hujus Sacramenti effectus: cum per ſe principaliter quidem confeſtationem habitualem, ſecum trahant auxilia & gratias prævenientes, quibus ægroti animus alleviatur ac robortatur, ad morbi moleftias ac labores levius fer- rendos, & fortius refiſtendum tentacio- nibus demonis calcaneo infidiliſi: mi- nus principaliter verò tollat relinquit peccatorum: & venialium, imo per ac- cidens aliquando (quando ſcilicet con- ſola attritione Sacramentum hoc uolu- tur ab eo, qui peccati mortalis nondum expiatim immemor, aut eijus quidem mor eſt, ſed contritum ſe credit, cum ſolum fit attritus) mortalium remif- fiem, ac demum corporis, ſi ſalutem ani- mæ expedierit, sanitatem operetur, ſu- rez 3. p. diſp. 41. ſ. 1. n. 11. & 14. Va- lentina Tom. 4. diſp. 8. q. 1. p. 3. Palio- Tratt. 26. diſp. unic. cap. 5. an. 5. & Go- bai En-